Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hec est noua queda[m]. singular[is] atq[ue] rara legenda. ex alijs sex lege[n]dis collecta et perfecta. tractans de origine. et vite. ordine. de conuersione. ac magistrali disputatione. ast de ...

Petrus <Frater>

Argentin[ae], 6.IV.1500

De sancta helena quedam laude plena

urn:nbn:de:bsz:31-333645

Visual Library

calis ſepelit culmine. M
Monumentum nam virgi
neum:angeloꝝ ope factum
extat marmoreū:et de ſanc-
to corpore morbi ſanat acu-
leum : fluens ſacrum oleū.
P Porro ſacro hoc vngen
to fiunt laudabilia :mēbra
hoc medicamēto ſanantur
debilia:fidei ex fundamen-
to fiūt mirabilia. R Rur-
ſus paſſa eſt beata anno tri
centeſimo : ſexta chriſtum
ymitata menſeq̃ʒ nouēbrio
cum quo regnat eleuata in
ſublimi ſolio. O Om-
nem artem doctrinalez vir-
go iſta obtinet:vitā ſapien-
tialem hec in ſummo con-
tinet : gloriamq̃ʒ celicalem
nunc in celo poſſidet. N
Nam hec virgo gratioſa :
multa priuilegia in ſe tenet
ſpecioſa :ſanctis ſingularia
ipſi tamen glorioſa ſunt et
generalia. O O beata
katherina dei patris natu-
la:o amabilis regina nati
dei ſpōſula:o colūba aman
tina ſpiritus tu cellula.
B Bene chriſtus te dota
uit qui fructu centeſimo :
te bis terq̃ʒ exaltauit trono
preclariſſimo:coronatā ſub
limauit ſtatu beatiſſimo.
I In hoc facto finem tra-
cto virgo amantiſſima: dei
ad laudem peracto peto te
ſanctiſſima :vaſe luteo con
fracto duc me ad letiſſima
S Sit beate trinitati de
cus ſalus gloria : ſimple ſit
et vnitati : honor ympnus
latria.ſit eterne deitati : a-
mor laus in patria; Amen.

De ſctā helena
quedam laude plena.

H Hec regina ter beata:
britānorum regis nata fuit
olim vnica. E Eſt in bel-
lo interfectus:dum in eum
eſt directus:romanus exer

citus. L Luctu magno
lamentatus: pater tuus per
amatus: orphanam te deſe-
rit. E Eras nimis ſpe-
cioſa vniuerſis gratioſa: nu
bilis virguncula. N Ne
ſane cognoſcereris nec pla-
ne corrūpereris: rapit te pe
diſſequa. A Abiectis es
officinis addicta portādis
fimis: amictaq̃ vilibꝫ. R
Rex auguſtus conſtātinus
is qui appellatur primꝰ tibi
iungi voluit. E Eiꝰ vxor
coſti mater: qui et Katheri-
ne pater: mortis legez tule-
rat. G Genuit ex te Con-
ſtantinū: magnum dictum
(fide primuz) iure matrimo
nij. J Judeiſmo primuz
data: poſt ī chriſto baptiza
ta auguſta ſanctiſſima. N
Nouo dono tibi datur. in-
uenta crux deportatur: in-
fers hanc iheruſalem. A
A te tota honorata: eſt ale
mānia ditata: ſanctorum re
liquijs. C Columpna in
eccleſia: q̄ ſeptuaginta duo
fundas monaſteria. Vitam
ducens virtuoſam: ſponſe
chriſti fructuoſam. in pace
dormieras. Vrbs beata tre
uerina: caput tuum cum
Mathia: tenet quem: adue
xeras. O amena philome-
na. o amabilis Helena: vo
ta noſtra ſuſcipe. Matrona
cruciferorum: patrona ſis
nunc illorum: pium apud
dominum. Atq̃ tecum con
gaudere: fac nos deum tūc
videre ſemper et in ſeculum
Amen.

Ergo aua nouercalis:
Katherine predicaris:
virginis et martyris.

Quis me prohibebit
o Helena: affirmare
q̄ de parentela tua na
ta ſit beata virgo mar
tir Vrſula: britānica
regina.

Multiplicetur in Ale
mannia nomen iſtud
amabile: et laudabile
ī femineo ſexu: oro ſup
plex omnē hominem.